Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

Busenbaum, Hermann

Coloniæ Agrippinæ, 1707

Caput II. Quid de præcepto 9. & 10.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42561

Visual Library

rum, non autem ſuccedit in fama vel honore, & conſequenter etiam non ſuccedit in debitis famæ vel honoris, quæ ſolam perſonam infamantis reſpiciunt: neque verum eſt, quòd defunctus teneretur compenſare in pecunia, ſi non poſſet aliter, utì n. 299. dictum, ergo multò minùs ad hoc tenetur hæres. *Pars 2.* patet, quia defunctus tenebatur damna illa fortunæ compenſare, & bona ejus tranſeunt ad hæredem cum iſto reali onere.

Circa pœnas & actiones, quæ competunt ratione injuriarum contra famam & honorem; item ratione libellorum famoſorum, videri poſſunt *Dicaſt.* à n. 429. & *Haun.* à n. 569.

CAPUT II.

Quid de Præcepto nono, & decimo.

Non concupiſces, &c.

RESp. Prohibent omnes internas concupiſ- » 1257
centias & delectationes voluntarias iſto- »
rum operum, quæ præceptis ſecundæ tabulæ, »
præſertim ſexto & ſeptimo vetantur. Qua de re »
vide *ſuprà*; & patebit ex dicendis de peccatis, »
infr. l. 5. »

CAPUT III.

Quid de Præceptis Eccleſiæ.

REſp. Etſi ea ſint plurima, præcipuè tamen » 1258
toti Chriſtiano populo communia quinque »
numerantur; Ex quibus hìc agendum reſtat de »
tertio, quia de 1. & 2. actum eſt *in præcepto 3. De-* »
calog. De 4. & 5. *infrà lib. 6. de Sacram.* »